UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tyrocinium Artis Oratoriæ Sacræ Et Profanæ

Moine, Joseph

Solodori, 1714

Conclusio hujus Opusculi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68834

Visual Library

plis majorem trahunt. Quæ cùm ita ſint, primus ego nomine omnium præſentium reverenter accido recèns conſecrato ſacerdoti, & rogo, ut primam benedictionem omnibus impertiatur, &c, nos ſacrificii primi participes faciat & precum, &c. Simul eidem novam dignitatem gratulor, quæ tanta eſt, &c. Primus quoque gaudium ob ejus Ordinem teſtor, indéque magìs, quòd per Comunionem Sanctorum, quæ in Eccleſia eſt, confidam, mihi quoque ex ferventibus ejus precibus, quas ex mandato Eccleſiæ peraget, cum omnibus præſentibus fructum uberem concedendum, &c.

Concluſio hujus Opuſculi.

Atque hæc de arte oratoria, præſertim ſacra, tibi, amice lector, conſcribenda videbantur; pauca, ſi artis iſtius amplitudinem ex magnis aliorum ſuper eâdem editis voluminibus dimetiaris; multa ſatìs, ſi hæc non legere ſolùm, verùm etiam conſiderare velis, quomodo ipſe pro ſacris aut aliis orationibus applicare poſſis. Plurima haud dubiè & præcepta & exempla ſupereſſent: ſed cur etiam ego librum tibi porrigerem evolvendum, ſimúlque mole

le

le abſterrerem, ne legas? Sufficere hæc poſſunt diligentiam cum ingenio conjungentibus; alterutro autem deſtitutis nec integræ bibliothecæ, de Rhetorica confectæ, proderunt. Quod unum ad calcem hujus lucubrationis propenſiſſimo animo precor, eſt, ut hic qualiſcunque meus labor tibi cedat ad facilitatem orationes bonas & proficuas minore negotio componendi; animabus plurimis, quas tuæ illæ conciones dirigent, ad ſalutem; præcipuè verò, quam unicè hac ſcriptione propoſitam habui, opto, ut ſerviat

Ad majorem Dei, Deiparæ, & Sanctorum Cælitum gloriam.

IN-